



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Ubaldus Ep. 16. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

amatore, cum Gereberno sacerdote fugam ultra mare capessit, & in agro Antverpiensi sanctioribus se curis addicit. Pater eodem paulò post appulsus, cùm illa ipsa imagine signatū argentū exponeret, quā obsonator filiæ hospiti satisfecerat, ejusdem indicio filia prodita est. Fœda omnia sunt, quæ deinde procul dixit, vel carnifex fecit; malumus tamen spectare sanguinem, quām audire verba improba & lenonia; quibus cùm nihil moveretur, Gerebernus primum tutor pudicitiae illius, ferro obtruncatus est; Virgo deinde parentis ense cecidit nobilissima castitatis victima. Funus cælum curavit, neque puduit Angelos wespillonum officium occupare, allatis è candido marmore urnis Virginis honori hoc amplius dátum, ut nomen ejus gemmæ Angelus inscribet; eo arguento agnovit posteritas DYM PNAM vocatam fuisse. Ie nunc Alexandri, & manus quibus pingi singique velitis quærите: Castitas cælatores Angelos habet, & tamen, heu, quām pauci cupiunt hoc calculo notari! Ex Surio.

Eant nunc luxuriae dediti, & ad propriæ carni arbitrium vivant, ut anima postmodum & carne simul interfereant: nunc medullas mundane dulcedinis sorbeant, ut repleti tunc perpetui cruciatus absinthio totis visceribus amarescant. S.Pet.Dam.lib.7.ep.19.

S. U B A L D U S E P. 16. Maii.

VBALDVS insulam unam alteramve fugâ clinavit, tertiam eamque Eugubii in patria non potuit effugere, Summi Pont. auctoritate captus. Geminis cæcis cùm oculos restituisset, tertium idem roganti, docuit libenter oculis carecere, qui animum excæcaturi essent. Hostes innumeros

patriam

17. M.
patri
cum
fissim
bils
in fa
sua. A
lorum
abjic
fecist
UBA
pacer
unic
calcis
mini
exige
moli
vind
editu
pro
non
DVS,
LVM
certe
Brev
Ob
verbe
nostr
quam
quod
S. Pe

R

patriam obfidentes omnes egit in fugam, cùm unicū ipse signū crucis explicasset. Pacis ingeniosissimus artifex, contra injurias cautes inexpugnabilis fuit. Sed utriusque documentum cape. Scissa in factiones geminas urbs, pugnabat in viscera sua. Adebat UBALDVUS medius inter saxorum & telorum iectus, cadit deinde. Hic verò omnes arma abjicere, damnare discordiam, quæ parricidas cives fecisset. Tum deniq; à piè simulatâ morte surgere UBALDVUS, & partam unius eaque ludicrâ morte pacem civibus gratulari. Ultimæ fortis homo, & unico suo cämento memorandus, Pontificem in calcis scrobé dejecerat, non tam cœno quam ignominia aspersum. Ilicet amici civesque scelus urbe exigere, & ipsas improbi domini ædes velle demoliri. At ajebat UBALDVUS, graviori suppicio vindictæ litandum. Sese vindicem sui exemplum editurū, quod urbs, quod orbis miraretur. Interea pro tribunali sedet: adebat reus, vel se judice nullâ non morte dignus. Ergo sententiam profert UBALDVUS, & inaudito suppicio reum damnat AD OSCULVM. Non multo sanguine, ais, se vindicavit, sed certè, ut non nemo inquit, rubore multo. Ex Brev. Rom. Pet. de Nat. & Surio.

Obediamus Christo, & furentium fratrum morsus, verbera, onera, pietatis Virtute portemus: ut & frates nostros liberemus à poena, & patientia premium consequamur: nec dedignetur servus hoc accipere à conservis, quod Dominus à servis & pro servis dignanter accepit. S. Pet. Chrysol. serm. 28.

S. TORPES MART. 17. Maii.

Raram avem vides, & albo simillimam corvo, aulicū, inquam, plium ex aulâ Neronis impii.

TOR-